

A. Ω.

DISSERTATIO PHILOSOPHICA

UNITATEM TRAN-  
SCENDENTALEM  
DELINEANS,

Quam  
Approbante Ampliss. Facult. Phil.

In Regiâ & Illustri ACAD. ad AURAM,  
Sub

M O D E R A M I N E ,  
VIRI CELEBERRIMI,

Dn. M. PETRI HAHN,

Scient: Natur: Professoris Regii & Ordinarii,  
Promotorisq; sui honoratissimi,

PRO GRADU MAGISTERII,

Ejusq; Privilegiis ritè obtinendis,

Solenni φιλοσοφίαν Examini modestè siflit,

SER: REG: MAJEST: Alumnus,

JOHANNES ROGBERGIUS,  
Smolandus.

In Auditorio Majori, ad diem 20. Maii, M. DC. XCIII.

ET BOÆ, Impr. apud JOHANNEM LAURENTII WALLUM.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI  
AC DOMINO,

DN. SAMUEL I  
WIRÆNIO,

SACRO SANCT: THEOLOGIÆ DOCTORI CELE-  
BERRIMO, DIOESESIOS WEXIONENSIS EPISCOPO  
EMINENTISSIMO, VENERANDI CONSISTORII PRÆ-  
SIDI AMPLISSIMO, GYMNASII REGII ET SCHOLA-  
RUM PER DIOECESIN RELIQVARUM EPHORO  
GRAVISSIMO, MECÆNATI SUMMO AC DOMINO,  
ÆTERNO OBSEQVII ET VENERATIONIS  
CULTU DEVENERANDO,

PACEM, FELICITATEM, ANNOS!

**T**unc, REVERENDISSIME PATER, prosperitatum per-  
ennis fons, permanentisque salutis fundamen-  
tum, Divina clementia cœlestis iubaris sui radix pre-  
cipue effulgit, cum, insigni rei literaria & Ec-  
clesiae in terra militantis commodo, talem vir-  
utis heros, REVERENDISSIMAM VEST. AMPL.  
ad Wex: Diœsesios Cathedram sedentem Antifitem  
& Doctorem nobis cœlitus concesserat: qui, inter alia facinora serenissimo  
Regi

Reqi chara, religioni propagandæ proscua, annaliumque perennitati  
consecranda, clientulos, qvorum est semper superioris nutum seqvi, Pa-  
trocini paterni ultiis complectitur. Ut heliotropium, præsente Phœbo,  
folia expandit, absente recludit: Ita de Minerva satellitibus variis dif-  
ficultatum undis expositis actum esset, nisi tam jucundo levaminis  
portu tandem quiescerent. Quantus enim cœli favor mibi orphano  
fit, quem inter pectoris claustra delitescentem hactenus detinere nequeo,  
alienis in locis auribus compertum habere, REVERENDISSIMAM VEST.  
AMPL. merè divino favonio Musarum cultores prosequi; quippe ho-  
mines ad DEUM nulla re proprius accedunt, quam bene  
merendo. Ad VESTROS igitur pedes, REVERENDISSIME PATER,  
PATRONE SUMME, certa spe freius minimus ipse clientum advolvo,  
qd REVEREND. VESTRA Ampl. densas nebulas & vite anteæte  
ærumnas aliam suâ luce dispellere dignetur. Hoc cogitationum mearum  
Specimen simpliciter elaboratum, aliqua vel minima ex parte reve-  
rentie mea & subjectionis affectum testatur, qvod REVERENDIS-  
SIMÆ VEST: AMPLIT: humilima pectoris veneratione offero: susci-  
piat illud sereno placidoque vultu REVEREND. VEST. AMPLIT.  
oro atque obtestor. Ego vicissim Cœlum calidis suspiriis veneror, ut  
REVEREND. VEST: AMPL. Ecclesia insigni incremento, per serum  
annorum decursum supereesse jubeat, atque tot honoribus, totque excu-  
biis pro grege Christi functam ad aeterna gaudia ducat! qvod in vo-  
tis solenne erit, usque ad ultima fata,

REVERENDISSIMÆ VESTRÆ AMPLITUDINIS

humilimo clientulo

J. ROGBERGIO.

*Admodum Reverendo atq; Amplissimo Domino;*

**DN. MAG. ENEVALDO  
WIDEBECKIO,**

Cathedralis Templi Wexionensis, Ecclesiarumque  
Bergunda & Ya PASTORI & ARCHI-PREPOSITO  
celebratissimo, Venerandi Consistorii Seniori gra-  
vissimo, Patrono & Promotori magno, summo  
reverentia zelo suscipiendo.

*Adm. Reverendo ac PraeClarissimo Domino.*

**DN. MAG. JOHANNI  
COLLIANDRO,**

Regii Gymnasii Wext S.S. Theol. LECTORI Primario,  
PASTORI Ecclesiarum, qvæ DEO in Wederslœf & Den-  
ningelanda colliguntur, dudum meritissimo, venerandi  
Consist. ASSESSORI ibidem æqvissimo, PROMOTORI  
optimo, nulla non veneratione æviter-  
num colendo.

Cæterisque prædicti Consistorii ASSESSORIBUS,  
S.S. Theol. & Phil: Pl. Rev. & Praeclariss. LECTORIBUS  
atque ADJUNCTIS, Promotoribus, Evergetis & Fau-  
toribus honoratissimis, pia mente ætatem  
venerandis.

**FELICIA QVÆVIS & OFFICIA!**

**V**ESTRAS etiam, Admodum Reverende DN. ARCHIPRÆPOSITE, Admodum, Plurimumque Reverendi, Venerandi Consistorii ASSESSORES, cæteriq; Praclariss. DN. LECTORES & ADJUNCTI, benevolentiae fores pari venerationis cultu pulso, cum animum Vestrum in Musas earumque cultores esse planè benignorem, quam verbis dignè exprimi potest, res ipsa loquitur. Ex quo ampliorem foveo spem, desiderium meum olim irritum haud futurū, qvin fœcundior aura mihi adtulserit. Proinde Admodum, Plurimumque Reverendas Vestras Dignitates, clara Ecclesiæ & Reipublicæ literariæ sidera, orbi lucē fænerantia, submissis atque officiosis proseqvor precibus, ut ex Vestri subsidii verè Herculei levamine mea studia, superiorum temporum fævitiae telo pressa, spiritum atque vitam nanciscantur. Qui nunquam patiar, ut quisquam eorum, quibus vestra præstitistis beneficia, mihi gratitudinis palmam præripiat. Vobis, hac vice, MECENAS magne, PATRONE optime, PROMOTORES & EVERGETÆ honoratissimi, levidense hoc chartaceum munus, in debitæ venerationis ~~terrenjor~~ consecro, animum tantum offerentis ad urnam officiosissimum paternè aspiciatis etiam atque etiam oro; cum tanta sit hujus materiei sublimitas, ut de me nihil polliceri possim. Interea precibus devotis orbis moderatorem compellare mei erit, ut Admodum, Pl. Reverend. & Praclariss. Vest. Dignitates in tanto honoris fastigio locatas, Spiritu roboris sui refocillet, atque ad Pylii annos incolumes Ecclesiæ, Reipublicæque literariæ bono conservet. Qyod vovet.

ADMODUM REVERENDÆ & AMPLISSIMÆ  
Admod. Pl. Reverend. Praclariss. Vest. Dignitatums

Devotissimus cliens  
J. R. Auct & Resp.

Ad Virum  
eruditione, Modestia & Integritate, PerEximum,  
**DN. JOHANNEM ROGBERGUM,**  
Senioris Philosophiae Candidatum solertissimum,  
pro Magisterii honoribus atq; Privilegiis acutè disputantem,  
Amicum & Conterraneum honorandum,

S T R X A P M A.

 NO à Principio, quod est ubique  
Rerum, ducere originisque veræ  
Fontem, denique in ipso habere certam  
Existentiam & ordinis vigorem,  
Cunctis propatulo & perinde planum est,  
Cæli ac orbita nullibi ipsa aberrat,  
Et Titan jubat haud retentat unquam.  
Hæc ROGBERGIUS applicat stateræ,  
Transcendentia cum peterrat alta,  
Qvodque examine ponderans acuto.  
Est VERUM atque BONUM æstimationis  
Summæ, qvando DEI vel attributa  
Aut intrinseca rebus applicata  
Sunt ~~cessiva~~, rebus usque æqua.  
Atqui UNUM prius est, quod hæc reducit  
In se, tum ratione functionum  
Certarum, ordinis atque constituti  
Rerum, tum ratione procreantis  
Causæ, quæ nequit esse præter unam.  
Qvare ad gratulorū entheos labores,  
Conatusque tuos recens & olim,                   RO-

ROGBERGI, tibi perdio in Camænis  
Pernocti quoque comprecoque fausta,  
Ut longævus agas in hisce terris  
Felix, & vigeas polo perennis,  
Cernens secula cuncta seculorum !

Amicitiae ergo scripsit

PETRUS LAURBECHIUS, S.S. Th. D.  
& Professor Ordinarius.

In Disputationem Gradualem

Viri Juvenis multò præstantissimi,

Dominic JOHANNIS ROGBERGII, Smol.  
Philosophiæ Candidati Solertissimi.

Amici & Commilitis honorandi:

JOHANNES ROGBERGIUS  
per Anagr.

HI. BURIS. ROGO. NE. NEGAS.

Ui molles somnos captant & deside vitâ,  
corporis infamant grandia membra sui.  
Hi meritò digni, curvi quos pondus aratri  
durum, prægravet & BURIS adunca premat.

Sed ROGO quid fiet de illis qui intendere curas  
omnes in Musas Maenidesque solent ?

NE juga servitii sivebeant negat inclita Virtus ;  
obstat & egregium nomen, & ipse NEGAS.

Et quoniam gnarus Musarum castra securus  
es, simul Aoniis & madefactus aqvis;  
non ad vile ministerium plebecula incepta  
te trahet, at Proceres munia grata dabunt.  
Ad natale solum properas, patriosqve penates  
visere cum cupias, sit via fausta precor!

L. Mq., utut festinato scripsit

SIMON LÆVOD/ Met. & Log. Prof. Ord.

VIRO - JUVENI

Qua solidam eruditionem, qua pietatem & modestiam,  
perquam Eximio,

DN. JOHANNI ROGBERGIO,  
Candidato Philos. dignissimo:



Ives, qui Sophies sua nomina condidit albo,

Cunctaque prudenti cum ratione  
videt;

Non, cui divitias Crœsi Rhamnusia præstat,

Nec, cui Mygdonii fulva talenta Midæ.

PHYSICA Te ditat ROGBERG, METAPHYSICA  
mentem

Divitiis ornat. Dives opumque Vale!

καὶ σπεῦ

ANDREAS WANOCHIUS,  
Phil. Praet. & Hist. Prof. Ord.  
S.S. Theol. Extraord. & h. t.  
Facult. Phil. Decan.

Uno

\*\*\*\*\*

Una Trium Deitas, quæ temperat orbis habenas,  
Uniat æterno Numine cuncta mea !

## PRODROMUS,

**R**erum à sensibus remotissimarum indaginem inflexis difficultatum mæandris implicari, quis eat inficias? Cum intellectus in iis indagandis, ductore ac doctore sensu destitutus. Hanc intellectionem obscuriorem difficilior elocutio excipit; Verba enim sunt Symbola τῷ ἐν τῷ ψυχῇ παρηγάπτων. His etiam lucem magnus Calov. p. m. 145. scenerat, ubi inquit difficilima intellectu esse abstractissima, nisi exemplis ē reliquis disciplinis petitis declarata fuerint; non loquendo de potentia sentiendi præciliè, ut pro objecto habeat sensile. Vasta igitur scientiarum maria crateratus, crebrâ observatione comprobat, sensus, præsertim λογικαστες, in rebus percipiendis utramque, ut ajunt, paginam facere. Secundum illud: nihil est in intellectu, quod non prius fuit in sensu. Hos duos cognitionis ocellos πᾶντα & λόγον, inductione universalium agmen dueente, seqvuntur. Universale vero est totum potestativum, quod continet plures species difficilliores cognitu, quam pauciores; dum nos tenebris plusquam Cimmeriis post lapsum edenticum obducti agimus vitam cum maxima dependentia à sensu, tantum percipiente singularis. Ast homo tamen erectoris ingenii amore pulchritudinis hastam non deponit; sed alto supercilio difficilia spernit, altiora mentis & quâ bilance ponderando. Hujus difficultatis haud immunit est Metaphysica; Philosophia καὶ ἐξοχὴ nominanda, & quidem virtualiter, ut semen arbor; quæ agit de omnibus rebus, non in particulari; sed in communī, continetq; in se inferiorum disciplinarum principia particularia, instar directricis. Nulla reliquarum disciplinarum potis est proprii objecti certos constituere limites, aut ad prima principia devenire, cum sint scientiae ἀκέφαλοι, quod Calov. p. m. 144. affirmit. Ideo hujus scientiae Aquila ac Præsidis in foro Philosophico dignitas haud minima sit; cumq; ea conjungenda necessitas in reliquis disciplinis, & etiam in Theologia, non tam simplex, quam expedientia, ultra fortē reliquarum elevata caput tantum effert, quantum lenta solent inter viburna cupressi. Hujus vero scientiarum viridatii rosam,

instar adamantis ad se trahentis, *Unum* ferrum sub incudem exeminis revocate animus mihi est: Sed mare catybdī variisque periculorum undis infestum transnaturus littus in primis *carpo* remis: Cum per ḥρυσαλησίαē enodationem, in rei veram & genuinam significationem pervenire palmarium sit; ne Neotericos quosdam imitari videat, qui in simplici themate tractando, cognitione nominis silentio involuta, in ignota silva de statua Mercuriali, viam, qua eundum sit, demonstrante, incerti aberrare videntur; dum nostra opella perspicuis cancellis includitur. Sed, LACTOR Benevolē, certo certius aura favoniū Tui me efflat, si in primis æqua judicii lance materiam, à me jam in lucem editam tantis difficultatum spinis implicitam esse perpendes, quantis vix alia in circulo philosophico; cum etiam mysteriis Divinis indagandis maximè inserviat, eoque nomine præcipue mihi sacrorum studiorum amore à teneris flagranti delectationi fuit. Deinde scias curtam supellecilem semper rebus inimicam secundis, hujus Minervæ partui non adulam ætatem concessisse; sed arcto pagellarum spatio ingenii mei sacerdotum prolixiori explicazione clarioribusq; exemplis illustrandum, secundum intentionem meam priorem inclusisse. Me etiam non fugir, Te stylū simplicitatem, quæ maxime conducibilis rei exprimendæ fuit, terminosque huic subtilitatii necessarios & qui bonique consulere: Etsi rigidi scriptrorum censores utilitatem & præstantiam minus assequentes, eos non esse Ciceronianos proclament. Præterea de sacris institutum meum non fert, ut positive agam, remotive tamen & occasionaliter suis in locis agendum: obtestor igitur Te B. L. ut favore pristino mihi studiisq; meis favas. Ego vicissim pro tua incolumente DEUM venerari non desinam. Te vero Theonum deperditorum iconem censorem mei discursus non efflagito, etsi à more tuo alienum non sic escam palatis honorum patetam arripere, maledicentiaz consumeliazq; tua tabe tingere. Lamis es similis, quæ domi coecæ, foris oculatæ, cum alienos conatus curiosâ nimis indagine queras, tuos negligas. In omni via scrupi sunt, & cum maxime sol splendet, urit. Sed ego actionum mearum fructum bona conscientia, non tua prurigine melior; & sic alacer & cretus per medium calumniantium agmen incedam, tectus omnium bonorum favore, tanquam Vulcanio quosdam scuto. His, non tamen Tibi, placere possum. Si disdicisti artem, praxin vix calles, cum non Ethicè, multo minus DEO gratus, viyas. Hisce vale & cave nè suspicio insontium in caput tuum tandem conspirent.

THEO

## THEOREMA I.

## §. I.

**N**auseam legentium evitaturi in etymo *unitatis*, omnibus, qvi degustarunt doctrinæ dapes primis labiis, obvio, ipsam homonymiam, erroris & varietatum recessibus semper fere impeditam, suscipimus enucleandam, ut penetralia hujus abyssi, lucem fœneraturâ nostro instituto, felicius penetremus. Unitas ( $\alpha$ ) ἀπλῶς καὶ γενικῶς nomine venit affectionis entis, non quantitativæ, prædicamentalis, & Arithmeticæ, multitudini oppositæ, qvo sensu non omne ens est unum: Videsis Exercit: 3. sentent: Scheibleri p.m. 45. Sed determinatæ, qvâ omne ens est unum, significans omnem indisionem in qvovis ente, sive sit e multis, sive non, dummodo unitate sua gaudet in suo genere, cumq; ente convertitur. ( $\beta$ ) οὐδὲν δὲ ἡ κοινῶς pro eo, qvod in se est unum expressius determinans unitatem transcendentalem, ad quantitatem corpoream redigendam; sed tamen ē multis, talem unitatem habentibus vel actu, vel potestate. ( $\gamma$ ) ἔξοχικῶς τὴν μονογότων pro singulari in summo perfectionis gradu, Deo, qvi dicitur unus, Deut. 6. 4. Hanc Unitatem esse vel negativam vel relisperitivam inquit Strat: p. m. 47. Qvod idem est, ac esse solitarium, cui negamus multitudinem rei, ac consortium aliorum Deorum. Inde unus est Deus, qvia non sunt plures Dii. Palato Alstedii 6. gradus sunt unitatis. p. m. 882. in infimo aggregationem absq; ordine, collectiva, fortuita, casualia & inordinata ponit, deinde unitatem ordinis, ut exercitum. Terrium genera, species, alia entia respectiva scetusq; rationis constituunt. Sed qvis non primo intuitu intuetur hos tres gradus accidentales esse, & æqvivoce de unitate dici, unâ. cum duobus prius recensitis, acceptio tantum prima nostrum promovebit institutum.

**F**acilis est responsio ad dubia in hoc momento occurrentia, omnis affectio debet esse distinctum quid a subiecto; unum ab ente reali non est distinctum quid, E. non est affectio. Negatur; Qvod omnis affectio debeat esse realiter distincta a subiecto. Joh. Hundeshagen etiam assert quantitatem P.m 289 dicendo quantitatis affectionem esse divisibilitatem, quæ differt a quantitate sola ratione. Obj. sine quo res potest quidditative concipi in casu recto, id non est de essentia talis rei, homo quidditative concipi potest sine Paulo, Petro. &c. non E. singularitas adeo sit de essentia hominis, ac rationalitas. Resp. sed absque ratione, dum res suâ singularitate apta sit existendi, sine qua non existit, nempe sine singularitate determinata, indeterminata est Chymæra, huc refertur etiam cognitio singularium in actu signato. 2. Neque dicam nobis scribunt, qui transcendentali unitatem cum quantitativa & praedicamentali confundunt, dum veritate verius est, quod unitas transcendentalis omnibus rebus competit, etiam ipsi DEO; Sed quantitativa corporum naturalium propria, de iis reciprocatur, affectioque corporum adæqvata suffragio omnium Physicorum salutatur. Alias unitas Arithmetica duo membra involvit, & rem quantitatis indivisam, quæ est Physicæ considerationis, & principium numeri, partem totius discreti. quæ immaterialibus praedicamenta transcendentibus congruit.

## §. III.

**R**atis instructa est quidem remis, adhuc tamen ancora retinetur bolide, dummodo profunditas maris exploratur: Cum circa corticem harentes nucleus attingere nequeamus, priusquam omni æqvocationi vocis, remoram nobis objicienti, ultimum dicamus vale. 1. Prior est unitas rationis seu universalis, & rei seu singularis. Applausu minus favorabili recipitur sententia affirmantium universale & singulare disjunctam constitutu

stituere affectionem, dum veræ affectionis requisitum abest, qvod affectio omnis disjuncta membra habeat realiter existentia ante mentis operationem, vide Calov. p. m. 305. Sed extra mentem non est realis, in quantum est universalis, qvis unquam affectionem entis nudum factum rationis constituerit? quæ realitate sua, in re existens, enti intrinsece competere debet. Singulare dicitur numericum, individuale & incomunicabile, per multiplicationem sui ad inferiora.

## §. IV.

**U**niversale sive idem in ipsis rebus extra operationem intellectus non datur; sed formaliter ab intellectu dependet, inde denominatio dicenda est extrinseca. Etsi ex natura rei universale à singulari non distinguitur, quæ sunt idem re ipsa, non possunt prædicari de se invicem, cum prædicatio essentialis significat identitatem subjecti cum prædicato, si non formalis, tamen realem. Cum essentia & natura animalis vel hominis in se, & per se, præcisis differentiis specificis & conditionibus individuantibus, absque omni dubitationis alea, cuivis præjudicio fano, liberoque intellectui sit una; etsi operatio mentis in pretio habetur, ut distinctè percepta in animo perpetuò fixa maneat. aliena tamen longè sunt à fictis, & entibus rationis. in substantiæ unitate percipienda è re est intellectus operatio; non tamen unitas substantiæ ficta est & rationis tantum, neque tot sunt naturæ animalis, qvæ differentiis tantum specificis, non essentialiter; sed numericè differunt. Videsis Pet: Aurivillium subtiliter de hac re differentem in suis Disputat. Metaph. p. m. 105.

## §. V.

**I**nde rejicimus Fonsecæ unitatem precisionis, qvam infert Mendos: p. m. 364. dicendo naturam habere universalitatem, qvam nunquam communicat suis individuis, neque in illis

cum

cum ea reperitur. Ast rei veritas aliis fulcris stabilitur, dum à parte rei, neque in esse actuali; neque possibili datur unitas præter singulares, qvæ ob similitudinem vocatur unitas formalis: id est, essentiæ unitas per similitudinem extrinsecam, qvæ nullam unitatem realem ex parte objecti ponit: Sed attributum fundatur in ente, qvod ratione tantum est illo prius.

## §. VI.

**H**aud dissimilis est error Platonis, qui asserit universalem naturam ac ideam realiter à singularibus esse sejunctam, quam speciem communem appellavit, hæc idea omnium singularium in mundo existentium propago esset. Sed quis hæc cerebelli ficta digna suo calculo existimet? dum extra singularia non datur entitas, ut superius demonstratum sit, si esset secundum ipsius sensum à singularibus separata, non potuisset inesse iis intrinsecè & de iis essentialiter prædicari; Sed falsum conseqvens, E. antecedens. Impossibile est idem simul esse, & non esse. Intellectus abstrahit naturam à phantasmatibus, et si ipsa natura in iis est individua & singularis, neque species impressa est formalis repræsentatio objecti, sed tantum virtuallis, in quantum continet virtutem activam producendæ cognitionis: species E. impressa non est ratio formalis constituens universale, illudque immediate denominans; sed tantum potentia, species E. est unitas universalis in actu primo, dum species spirituales à materialibus separat. Universalia ratione constituta posteriora sunt rebus ipsis, quæ respectu rerum inferiorum sunt *univoca*, vel *analogæ*.

## §. VII.

**A**lias usu freqventi unitas accipitur 1. materialiter sine mentis ope existens in individuis, estque *universale potentia, physicum* & in multis 2. formaliter est natura communis per præcisionem intellectus à singularibus abstracta, cum aptitudine πληθυσμος essendi in iisdem. Dicitur *universale actu Metaphysicum*

sicum, abstractum & post multa. Est E. materiale hic qvod, formale qvo, illa multa sunt singularia distinctione cognita, in quibus est universale, deque iisdem prædicatur clare & distinctè; eadem singularia beneficio cognitionis sunt unum adæqvatè prædicabile de singulis, ratione modi, non rei, dum confusè non distinctè de iis agit. Obtervatur hic *mentalis unitas & realis multiplicitas*: qvæ tamen non semper actualis est, natura abstracta non unitatem individualem, aut universalem; sed formalem obtinet, qvæ consistit in singularitate naturæ, dicitur formalis, dum occupatur circa essentiam, qvæ est forma: Formalis est media inter singulare & universale, qvam concomitur unitas attributum entis, de hac unitate formalis differit doctè Rudrauf. in suis institut. Metap. p. 26. *Unitas formalis est simpliciter ipsius essentie, in se, & ratione essentiae constitutio*nis sumtæ, præscindendo ab utraque unitate singulari & universali, non quidem utramq; tollendo & rem ipsam separando; sed attendendo aut considerando utrum res singularis vel universalis sit, ut unitas naturæ humanae, contradistinguitur materiali, qvæ est singularis & sequitur cujusque rei formam.

### §. VIII.

**U**niversalitas qvatvor modis le nobis sifit (α) in causando, ut causa universalis modo generali & indeterminato in effectum influit ad plures diversæ naturæ & constitutionis effectus æqualiter concurrens. (β) In representando & significando, est nomen vel species plura representans: qualis est conceptus formalis de objectivo universalis formatus, eundem menti offerens. Hoc signum a singularitate non separatur, sed propter rei universalis representationem dicitur universale, qvod sit vel directe, per actum cognoscentem singularia confusè; Vel per alium actum reflexum, considerantem convenientiam naturæ communis cum inferioribus, qvæ dicitur notitia comparativa. Habere unum sine alio cognitum est cognitionis esse-

effectus formalis. (γ) In predicando est universalis proposi-  
tio de pluribus prædicanda; inde dicuntur propositiones u-  
niversales, *ναθίλες* & domonstrativæ; vel universalia in distri-  
buendo per particulas, omnis, cuncti &c. efferenda. In confes-  
to ergo est Logicos universalia ad incudem examinis revoca-  
re eo animo, ut notiones secundas omnibus rebus imponant;  
Sed Metaphysici ipsam rem secretâ æstimatione pensitant.  
Max. Rever. S.S. Th. Doct. & Prof. Prim. Jacob Flachsenius  
in Collegio suo Logico verè aureo p. 258. & 284. distin-  
guit inter rem *νηματικῶς* & *πραγματικῶς* ponderandam. (δ)  
In effendo est natura communis à singulari abstracta, aptaq;  
multis inhærere. Duo omni universalitati incumbunt, Uni-  
tas multiplicabilis & multiplicitas aptitudinalis; per illam u-  
num in interioribus pluribus multiplicatur. Nervosè more  
solito illud expedit Admod. Rev. Phil. Pract. & Hist. Prof.  
Dn. Mag Andr. Wanochius in suis Disqvls. Pract. p. 211. dicendo,  
*Universale nibil aliud esse, quam singularia omnia fundamentaliter*  
*nimirum & materialiter in esse materiali, sive in predicatis essentiali-  
bus communibus, quamvis habeant rationes formales distinctas, & uni-  
versale, qua universale reduplicative aliter & considerari debeat & ex-  
pliari, aliter singularia: illud unum est, ista multa, vide plura loco citato  
& seq.* Actus hic universalis constituens ens sedem immediata-  
tē habet in rebus ipsis, quam constituit in se indivisum ra-  
tione, illa denominatio, quam formaliter tribuit suo objecto  
cognito, diverso modo est intra & extra intellectum; basis est  
similitudo non prædicamentalis; sed fundamentalis.

## §. IX.

2. Posterior divisio nominalis est vel *ναθίλες* per se, vel *ναθίλες*  
per accidens.

Tria reqvista sunt entis per accidens 1. actualis plurium  
convenientia 2. contentorum completa ratio 3. extraessentia-  
lis habitudo. Unum per accidens est ens indivisum, in se  
af-

affectum aliquo conceptu, scilicet secundario, non pertinente ad primum conceptum rei, dicitur ( $\alpha$ ) *ratione subjecti*, in quo unio plurium sit, qualis hominis Theologi & Philosophi; ut & hominis infirmæ fortis, varias artes manuarias callentis. ( $\beta$ ) *Ratione sociationis*, vel ( $\gamma$ ) *interioris conjunctionis* cum quadam permeatione, ut in ferro ignito, aquaque salsa. Vel ( $\gamma$ ) *Exterioris*, quæ fit insitione, iunctura, glutine, futura. ( $\gamma$ ) *Ratione aggregationis*, collective, in entibus per aggregationem unitis: vel cum ordine, ut virtutes in homine virtuoso; vel absq; ordine, ut cumulus lapidum, fœni, &c. unitas hæc ab essentiali differt 1. *Ratione Formæ.* 2. *Subjecti.*

## §. X.

**U**nitas per se, sine plurium entium completorum complexione exhibet ens individuum in sua hypostasi. In simplici essentia nihil per accidens, concurrentibus vero pluribus completis, non sit unum per se, quæ vero non completa sunt, sine aliqua contradictione possunt redigi ad unam essentiam; si modo sese ut actus & potentia habeant. Exemplo sit anima rationalis in homine & corpus organicum, quorum illa se habet instar actus, hoc vero potentiarum, quatenus cum isthac componendum. Nullius ponderis est sensus quorundam aientium unum per se constare uno, vel pluribus conceptibus ejusdem prædicamenti, unum per accidens conceptibus diversorum prædicamentorum: In aprico est contrarium exemplum in exercitu, qui absolvitur conceptibus unius prædicamenti, tamen non est unum per se, sed per accidens. Arist. lib. 4. Metaph. Cap. 5. ait καὶ δέ τις μὴ εἴη διάπον, οὐ μὴ εἴη τετράς εἰ λεγεται, nam omnia attribuunt sibi & nomen & omen unitatis, quæ non habent divisionem. quam acceptiōnem hac vice ambabus amplectimur manibus, in sequenti sectione quoad περιεγύρων λεγεται, enucleandam, quæ dicitur alias *unitas rei* vel *realis*, per se, *formalis* & *essentialis*.

THEOREMA II.

**U**nitas est attributum entis unitum, primarium, absolutum, quo ens est individuum. De hujus primarii & generalissimi attributi adæqvata & genuinâ acceptione certiores facti, dato velo ventis, fidere utinam felici! puppis nostra in altum tendit, ubi nulla salacia, sed undarum ingens fremitus nobis est obviā, sc: varietas sententiarum divertiaque Auctorum de formalī unitatis, priusquam hanc glaciem frangimus, pro modulo ingenii datam definitionem examinare volupe est.

§. II.

**G**enus hic genuinum posuimus ( $\alpha$ ) *Attributum* entis, et si extraessentialiter & ~~ταπεινός~~; tamen necessario & immutabiliter ipsum ens denominat, qvod dicitur ( $\beta$ ) *unum* cum solitariè & simpliciter, absque complexu alterius membra, cum ente reciprocatur. In fumum abit vanitas qvorundam dicentium unitatem non esse adæqvatum attributum entis, qvia ens immediate dividitur in unum & plura; hinc alterum dividens membrum non potest converti cum diviso, sc: *Ente: Sed Aristot: Philosophorumque calculus uniformis inquit tria entis attributa cum eo converti.* Multitudo non est attributum entis, sed entium, non sumus nos solliciti de attributis entium, sed entis, multitudo addit tantum extrinsecam denominationem à coexistentia aliarum rerum, quæ ut extrinseca, non facit rem convenire ratione entis. Sed ( $\gamma$ ) *Primarium* intrinsecam natūram innuit, cum essentia entis intimè connexam, quam exprimit & penetrat. Quidni præterea dici possit ( $\delta$ ) *absolutum?* dum absque omni limitatione & respectu simplicissimè essentiæ nomen imponit. ( $\varepsilon$ ) *Indiviso* insuper ei competit entitativa; omne ens est individuum & immune ab omni aggregatione multorum entium completorum diversæ naturæ; ut & à virtuali continentia plurium sese ~~καὶ μέρες~~ participantium.

Indi

Indivisio ideo importat ens non esse dividendum in plura completa, vel sese essentialiter inferiora. Hinc liquet nos adduxisse in definitione *Unitatis* realis & per se quicquid facit ad aquatè eam definiendam, ne commercium cum unitate mentali, aut uno per accidens habeat.

## §. III.

**J**am Carybdis nos in Scyllam ducens obvenit, si non Lynceis oculis cursum dirigimus: nempè tot animorum dissensus & litigia de ratione formalis *Unitatis* obvia sunt, ut rima illud periculū evadendi feliciter inventu haud facilis sit. Scheiblerus in Metaph. sua p.m. 50. Scal. Exerc. 65. Sect. 5. citat, qui dicit *indivisibilitatem* ponit in definitione unitatis ad supplendum defectum vocabulorum positivorum, quæ revera non aliquid negativi, sed positivi significat. Alii pro *incommunicabilitate* ut pro aris & focis pugnant. alii *privationi* favent, sed vadum tentare, non est tranare, instrumentis aptioribus instructi erimus, si cursum optatum obtineamus, quæ adhibita, controversiæ statu sublato, veram sententiam brevibus exprimem.

## §. IV.

**U**nitas ratione rei est ens positivum, conceptum realem habens, licet in particulari ab aliquo ente distinguitur, non tamen in tota latitudine possumus admittere conceptū entis esse ab unitate distinctum, qui semetipso est unus *objective* sine fictione. Deus essentialiter unus destituitur omni divisione. Angeli etiam hac gaudent indivisione, & homo per conceptum unionis. Materiæ & formæ *Attributum reale habet objectivum conceptum*, qui est *realis & aptus ad existendum*. Neq; distinctio quorundam Scholastico-rum inter indivisiū esse *radicaliter*, & non *formaliter* alicujus valoris est; dum idem important, esse indivisum formaliter, & habere formam, cum qua repugnet divisio, quæ forma in DEO, nihil aliud est quam ipsius actualitas; In homine est unio; *Divisio enim radicalis est posse dividiri, actualis est ipsa divisio, iis op-*

ponitur in **compositis** *contradictoire unio & actualitas in simplicitibus.* Ratio formalis unitatis non est conceptus positivus sola ratione ab ante distinctus. Opinio Thomæ nec magni aestimatur, qvi asslerit principium numeri addere enti aliquid positivi ratione quantitatis: qvæ est sola principium numeri, inde ad unitatem transcendent, dicendo eam eodem modo esse positivam; sed consequentia nulla, aliud est videri, aliud esse conceptum specificum, quem essentialiter quantitas constituit sua unitate non destituta, numerus non privationibus, sed unitatibus collocatur. *Conceptus vero unitatis est positivus, ens reale & non nudus fatus ingenii. Ens præcisæ consideratum & formaliter omnes conceptus entis includit, nullos vero excludit;* et si intellectus uno actu indiviso non omnes, qvod solius est DEI independentis, percipit.

## §. V.

**M**inime consistit unitas in *actuali divisione*, dum in leone uno inter materiam, formam & partes integrales nulla divisio sit, illi tamen non est deneganda divisio ab omni alia materia, forma & substantia; sed multitudo non est una, sed plures res, de qua colophonis gratia disqviremus. Aristot: 5. Metaph. cap. 6. *Universaliter inquit, quocunque non habent divisionem, quatenus non habent, eatenus unum dicuntur:* qvod vero secundum quantitatem & prout quantum indivisibile est illud omnino & sine positione est, nempe sine entitate positiva **unitas:** hisce docet Philosophus unitatem esse rationem indivisibilitatis, sine positiva entitate, quo discrepet a puncto, qvod est indivisible, sed positivum.

## §. VI

**S**implicitas est qvidem maxima unitas, qvæ tamen in suo formaliter enti non rationem positivam ab ente simplici & perfectione distinctam, addit. In promptu est simplicitas DEI. *Ens & absolute consideratum formaliter non est unum, aut plura,* sed

sed ab utroqve, ut & a vero & bono abstractum. Animal, per ordinem ad rugitum & discursum, ut formaliter rationale & irrationale concipitur, sed ab utroqve ratione abstrahit: Inde meridie clarius patet discrimen unitatis ab ente. Suaque sponte corruit eorum opinio, qvi unitatem in privatione, aut negatione ponunt, non idem est animal, coecitas, vel negatio utriusque. Pro privatione ita insurgunt; si *unitas ei competit, utique sit affectio entis, at V. prius*, dum oculo inest una coecitas, & non plures: Sed respondemus coecitatem in indivisione consistentem ei non per se competere, sed per accidens, ratione habitus oppositi.

## §. VII.

*Privationis nulla est efficacia*, hinc sequeretur, qvod multitudo, cui unitas opponitur, esset ordinaria entis affectio & potiore jure, quam unitas. *incommunicabilitas* justo est latior, quæ non solum unitatem per se, sed etiam per accidens in gremio fovet. in nervum etiam erumpit Mendosæ illatio, qvi infert unitatem esse identitatem ad se ipsum, aliud tamen est unum & idem sibi ipse; Identitas ad se ipsum fundatur qvidem in unitate operatione mentis, per aliquam comparationem: sed unitas convenientiam habet cum re sine omni operatione intellectus.

## §. VIII.

*Sequitur inde ex aliis sublatis unitatem consistere in indivisione*, Nobis taret Calov. p. 310. Rudrauff. p. 27. Hundeshagen. 292. Thuron. p. 111. Strateman. p. 498. From. 107. & Alii. Terminus tamen hic non est negativus, sed positivus, *qua materiale, non formale*, nullam partium compositionem, aut pluralitatem formaliter admittens; cum formalis indivisio est inter partes unitas; nulla hic metuenda contradic̄tio. quis diceret animal rationalē a rationali distinctam, per carentiam partium aut independentiam a materia constituti: Elephantis formam a nostra distinctam deprehendimus, non tamen ir-

rationalitas Elephantem constituit; etsi discursus negatione effertur. Res divisa est formalis effectus carentia unionis, non vero terminorum, qui sunt conceptus positivi; ita unitas est indivisio illi divisioni opposita. Non applausu nostro digna est sententia ajetium indisionem duo negativa, more latinorum affirmationem significantia, inferre: Cum negatio nulla revera infertur, *Indivisio enim entitates veras & completas primo intellectas vult.* Secundo quod negat unum non esse alterum, est assertio non negativa, sed positiva: neque unitas addit enti aliquid positivi, ut antea diximus, quo sit ens reale non cum alio conjunctum. Et sic requireret unitas aliam unitatem pro affectione, inde progressus fieret in infinitum, quod naturae naturae est impossibile. Intellectus quidem potest praescindere rem unam ab altera; non tamen eam variabilem reddere.

## §. IX.

**P**räterea non est inferendum, sicut res simplices & actuales significamus per negationem compositionis; ita unitatem per divisionem, cui opponitur, dum dissimilitudo in primo frontispicio apparet, negationem veram simplicitas contradictione opponendam partibus & compositioni infert, qui sunt conceptus positivi, qualis divisio non est, sed vel corruptio unionis active sumptae, vel formalis carentia unionis. Res est una vel simplici entitate, vel unione partium, indivisio igitur dicitur privatio divisibilitatis, non *proprie;* sed *metaphorice* per aliquam similitudinem, quæ assimilatur privationi, inhæret hæc enti reali, ut omnes privationes; sed in negatione non consistit, ideoque non expostulat subjectum, multo minus subjectum definitum. Ex oppositis patet indivisionem propriè loquendo non esse privationem, privationes non removent nisi id, quod natura debitum fuit; intelligimus tantum *indivisionem entitativam*; sed accidentalis, item indivisio à se ipso

ipso, hac vice alienæ sunt. Indivisio hæc superaddit negationem enti duplēm (1) divisionem καὶ μέθεξιν, seu communicationem ad plura inferiora essentialiter distincta. (2) divisionem in essentia, ut intellectus unum à se ipso non divisum & separatum apprehendat; dum res per se una non actu divisas essentias complectitur.

### T H E O R E M A . III.

**M**ethodi nostræ memores, pro pectoris talento, unitatis insitâ vi ante oculos positâ, ulterius tentamus vadum, quo obviis ulnis divisionem ejusdem nos excipientem meridianæ claritati exponamus. Estq; *indivisibilis* vel *divisibilis*, illa actum & potentiam, *hæc actum* tantum unitatis abnuit; Illa *indivisibilitas* est summè simplex, ex intrinseca natura indivisibilis, ut nunquam alterius constitutionem ingredi possit, dicitur *perfectionis*, expers omnis compositionis extrinsecæ, solius DEI, quia ens per simplicem essentiam, sine diversarum rerum concursu, in qvas relolvi potest, est indivisum. Abstracta *unitatem rationis*, non *rei*, *precisivam* non *positivam* obtinent: Sed eminentissima ratione indivisibilitas DEO accommodatur, ni pagina persvassione inducti πολυθάγει calculum nostrum adjiciamus. communis est quidem essentia divina diversis suppositis, sine aliquo periculo absurditatis in una indivisibiliq; essentia subsistentibus: dum suppositum non peculiarem speciem entis absolutit; sed tantum subsistendi gradū & modū innuit. *Pluralitas* igitur suppositorū vel personar. *um nihil minus*, quam plures naturas infert, cum solum modis distinctis & incomunicabilibus acquiescat, qui à substantiâ divina nullo discrimine, sed ab humana reali separantur. Humana Christi natura sua destituitur *imperata* propria; nec tamen aliqvid perfectionis humanæ naturæ propterea decedit, qvod propria personalitate careat, qvia defectus ille satis abunde fuit resartus, dum in infinitâ hypostasin filii Dei fuit assumta. Nobiscum sentit celeber. Theol. Hieron. Kromaj. p. m. 208.

Fried-

Friedlib. in sua Medulla p. m. 481. Kœning. p. 126. Olaus Laurel. in suo Syntagmate Theol. p. 282. Cundisius in Compend. Theol: p. 186. Hafenreft. in locis Theol. p. 242. & Alii magni commatis Theol. *Hanc unionem naturarum non naturalem, personalem non personarum esse affirmat subtilissimus Dannher. in sua Εἰδῶν Φίλα Christi p. 626.* Etsi ignis in terra, Sal in aqua detentus divertium à suis suppositis facientes realem distinctionem arguant: tamen in mysterio Trinitatis pluralitas non est *accidentalis*, aut *essentialis*; sed *Hypostatica*. Essentia divina de tribus personis prædicatur, non ut totum de partibus, nec ut genus de speciebus, non ut species de individuo; sed ineffabili & incomprehensibili modo. Videsis B. Calovium p. 312. August. citantem. Est e. in Sanctissimæ Triados unitate mutua suppositorum *πειρωμάτος*, qvæ potius unitatis, quam unionis nomine in sua simplicitate & sublimitate effertur.

## §. II.

**I**n genere, omnibus, qvi primis labiis bonæ definitionis latices limpidos degustarunt, in confesso est, hanc divisionem esse analogam & qvidem attributionis, cum membra divisa non æqvaliter de uno participant; nam qvo minus qvid sit dividuum eo magis est unum, inde qvorundam divisio unitatis per unitatem & unionem silentio non est prætereunda, dum dextrè expedita, huic datæ haud dispar sit.

## §. III.

**D**ivisum enim & partes dividentes differunt solum claritate & obscuritate suorum actuum: Actus enim dividens denominat partes dividentes, divisas & clare cognitas, eaq; ratione dicitur explicare divisum: non debent inter prædicata objeciūt computari prædicata actus ipsius; nec inter actus prædicata, prædicata objeciūt. In hoc complexo leo cognitus, qvando qværitur, quid repræsentatur ex parte leonis? non debet ibi involvi denominatio cogniti, qvia hæc non respondet ex parte objeciūt; sed

sed ex parte cognitionis, à qua leo denominatur cognitus, dum ex parte leonis est animal irrationale, cognitione reduplicativa nuncupatur, quando objectum, ejusque conceptus simul concipitur. Aliud E. est complecti objectum *specificative & materialiter*; aliud ratione objecti *reduplicative & formaliter*. In priori significatu appellat naturam terminantem cognitionem, non vero includentem formaliter prædicata cognitionis, reduplicat etiam cognitionem ipsam; nam objectum formaliter cognitum est in mente: Sed cognitum formaliter reduplicat cognitionem, ergo & objectum formaliter. Nunc E. non agimus de objecto reduplicative, illud esset confundere prædicata actus, cum prædicatis objecti; Sed materialiter objectū sumimus ex una parte; actū vero materialiter ex altera. In posteriori unitas non est in intellectu independenter, quia *quicquid existit ex parte rei, ut existit, est formaliter singulare*; sed dependenter, non tamen in genere causæ efficientis, quia cognitione nihil reale efficit in objecto cognito; sed formalis, per quam formaliter est. Per rationem formalem res in primo & proprio suo conceptu ab aliis distincta constituitur, dicitur conceptus *objectivus, quidditativus, de re, qua talis*; sed *formalis est actus mentis & qualitas per eundem relieta*. Ratio formalis hominis non est rō esse sensitivum, & esse animatum, licet hæc sint in essentia hominis, & primo modo per se; non tamen ipsam essentiam in propria ratione, quæ solius est hominis, completere constituunt: docte de his agit Doct. Rudrauff. in suis Decisionibus Met. p. m. 27. & And. From. in Syn. Met. p. 36.

## §. IV.

In specie robur nostræ divisioni prius in medium allatæ ipsa essentia simplex ministrat, quæ est *absolute simplex, omnem respuens divisionem, dependentiam & participationem extrinsecam, ab alio essentialiter priorem, quæ soli Deo competit, cuius essentia non tantum est una actu indivisa; sed etiam ut nullo*

penitus modo dividi aut multiplicari possit, ab eo omnes res dependent, quæ essentiam, conservationem causarumque secundarum applicationem; sed in suo genere & secundum quid, unitas indivisibilis essentiæ præcise & metaphysice sumtæ inservit. quæ iterum est duplex, alia divisionem possibilem in plura respuit; alia communis spiritibus & accidentibus divisionem multiplicationemque admittit ratione individui, non essentiæ, dicique potest ex potiori analogato *unitas spiritualis*.

## §. V.

**U**nitas divisibilis est, quæ ens per diversarum rerum realiter distinctarum, in quæs resolvit possit, concursum, mediante unione, est indivisum.

Flamen contradictionis circa definitum excitatum levissimo flabello removetur: dum quis explorat unum habet nos vario respectu & modo, dicere unum & divisibile, imus manibus pedibusque in eorum sententiam, qui affirmant hanc unitatem à parte post, ratione status, & termini ad quem omni divisione destitui, quæ à parte ante ratione principiis seu termini à quo divisionis non est expers; Olim divisa per essentiam, jam indivisa unionis gratia. Sic non *uad' aīd' per se, essentialiter & independenter; sed uad' aīd' per aliud, extraessentialiter & dependenter* indivisionem possident, cui suos natales unitas composita debet.

## §. VI.

**D**ivisionis quoque ipsius, vel rei vim ingenii lance ponderaturis elementum unitatis divisibilis occurrit, instar fundamenti ac fulcri, (a) quod est ipsa unitio, seu actus uniendi res naturâ diversas, deinde (b) principium formale ad ungarem enucleandum, rerum diversarum concursus & indivisio, non aliqualis saltem adumbranda hic venit; sed arctissima & intima, quæ unio appellatur. (y) Effectum consequens hanc unionem, tariqvam ex fonte & scaturigine perenni promanans est ipsa communio. Hec unitatis genera suis commodis & utilitatibus non tantum omnibus disciplinis philosophicis; sed etiam Theologiae

logiæ inserviunt, quæ scopus ac meta est omnis nostræ doctrinæ. Qvis unquam hâc aliisque ingenii dotibus ex rebus naturalibus colligendis non instructus, locum de Christo cum fructu penetrare queat? qui extra omnem dubitationis aleam est fundamentalis. *Christus enim est nucleus, centrum & telus & στοματατην*, quod *χειριγωσια* necessaria sit saluti consequendæ nos Salvatoris oratio *προσεγγιστη* docet; Joh. etiam in cap. 17. v. 3. Αὐτὸς δὲ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσι τὸ μόνον ἀληθινὸν Θεόν, καὶ ὅν ἀπετάλας ἴησος χειρόν. ex professo hoc tractat Kromaj. p. m. 185. seqq. ut & celeberrimus S. S. Theol. Doct. & Profess. ad Auram, Maximè Rever. Petrus Laurbecchius in disput. Doctorali p. 1. Sed nos telam inceptam, ne immittamus falcem in alienam messem, urgemus.

## §. VII.

**U**nio est unionis actus, qua res natura diverse, ad unitatem redacte iunctionem consequuntur.

Ut succurramus intellectui, qui in his terminis ritè intelligendis facile deviat. Usus definiti ab Archi-Philosophis frequens primum in conspectum veniat, qui generalis & absolutus conjunctionis actum statumque includit, quam unionis notationem hac vice alienam silentio tegimus: Ubi unitio ante oculos ponitur specialis ac respectiva, respectus tam principii seu *actus conjunctionis* uniendorum, per quem unibilia actu evadunt unita: quam conjunctionis *facta status*, seu *durations*; hic permanens rei unitatem obtinet status conjunctionis, in posterū enucleandus, dicitur; Ille *transitorius*, *unionis causa*, nuncupaturque actus conjungens res differentes, in quibus est aptitudo, nempe *divisus καὶ εἰδέχεται*: Quæ unitio in medium posita fundamen est proximum unionis, cui primò & immediate innitur, eam hic describendam, cognatum unitatis Rudraust. p. m. 30. appellat.

## §. VIII.

**V**nio est concursus seu conjunctio rerum per naturam distinctarum ad indivisum aliquod constituendum. Conveniens est huic ferme Græcorum Svidæ & Phavorini, ἐνωπὶς ἐπιστολὴν κατεύθυνθεν τῶν διεσώτερων περιγραφῶν. quod assensu excipit Calov. p. 315. Unio est concursus communicabilis rerum distinctarum. Ex dictis apparet ratione subjecti seu unionis, quod non activerē hic pro unientis parte; neque passiverē pro passione unibili & rerum unitarum nexu; sed relative pro unitorum relatione & mutuo respectu consideratur, qui est immediatum conseqvens unionis. Hanc acceptationem unionis iterum à significationibus æquivocis eximere mens est, propriè enim & per se hujus est loci, quæ paulo inferius acriori judicii acie perspicienda est.

## §. IX.

**I**mpropriè verò & analogiè multarum denotationum haud immunis est vox hæc, quarum præcipuas breviter secundum nostrum propositum aperiāmus. 1. Verbalem in nuda verborum convenientia consistentem tropi & locutiones figuratae degunt. 2. Notionalem, vel κατὰ μέθηψιν genus, species & individuum in Logicis referunt. 3. Socialem vinculo societatis juncti recludunt, quæ juxta triplicem hierarchiam dicitur *Oeconomica, Politica & Ecclesiastica*. 4. Moralem congruentia morum & voluntarum gratus consensus manifestat. 5. Accidentalem κατὰ οὐσίας βητόνες, alias realem impropriè dictam, plura ad unum accidens constituendum concurrentia absolvunt, quæ sit tot modis, quot unum per accidens, de quo actum fuit p. 9. Nihil tamen negotiū hujus accidentalis unionis reali unitorum præsentia gaudentis cum figurata & respectiva est; sed ei contradistinguitur, eo tamen intuitu indicatur hoc nomine, quod terminus ejus sit unum per accidens sensu Rhetorico; non vero secundum αὐτεῖσαν Metaphysicorum est unum; nam unum per accidens, est ens per accidens ex analogia

## §. X.

**A**liarum divisionum est usu frequentissima in unionem acci-  
dentalēm (a) interiorem, quā unita se invicem permeant, qvandam  
~~permeantur~~ inferunt, & proprius ad unionem accedunt.  
Vel (b) exteriorem, quā, absq; permeatione unita sese extrinsecē  
attingunt, & cum quadam ~~adversari~~ ab unione vera nostrum  
institutum sublevante, recēdunt, quam dilucidis & nervosis di-  
visionibus Reverendis: Episcopus, jam beatus, Joh. Gezelius  
S.S. Theol. Doctor celeberrimus, meusque Patronus, dum vive-  
ret summus in sua Encyclop. pag. 128. magnus Calov. p. 317.  
Schart. p. 59. Thomasius in Erot. suis Met. p. 5 & Alii explanant.

## §. XI.

**H**ic tamen unionem ~~per se~~ tam sacramentalem, quam spiri-  
tualem & cœlestem taciturnitate præterire netas ducimus,  
illa in Sacra Cœna inter rem terrenam & cœlestem, modum  
unionis sacramentalis qvæstiones 29. 30. 31. &c. de Cœna Domini,  
Patriæ celebris Theol: Adm. Rev. Dr. M. Joh. Colliandri, Pr. m.  
Lect. Wex. dilucidè exponunt; ista inter cor fidele & Christum  
in hac vita. vid Koenig. p. m. 209. lēqq & hæc inter beatos &  
sanctam Trinitatem in altera vita perspicua redditur. Consule  
Calov. p. 317. Koenig. p. 64 Hæc unio Mystica non nisi ~~ad~~ av-  
arij ~~ad~~ dicta ~~adversari~~, omnibus imperfectionibus remotis, sese  
unioni in rigore Metaphysico proprio agnoscendæ, suo modo  
accommodat.

## §. XII.

**U**nionis materia sunt substantiæ (a) *Substantia* enim & ac-  
cidens, pluraque accidentia unione conjuncta non consti-  
tuunt unum per se *diversarum rerum* more disparatorum  
concursum necessitas unionis requirit. (b) *Per naturam distincte*,  
ubi distinctio localis non excluditur, qvamvis essentialis adstrui-  
tur, non saltem extra unionem, sed etiam in ejus statu, *ex eis*, quā  
unita se mutuo respiciunt, non unitorum mutationem infert.  
Neque in Schola Logicorum fas est unionem constituere inter

genus, speciem aut individuum, dum re ipsa unum sunt, differentiam tantum rationis rationatæ admittendam. Speciem enim unionis constituentia non solum disparata extra, sed etiam intra unionem sunt. (γ) Aptitudo unionis uniendis inest, ut potentia & aetus, dum una natura est perfectibilis, altera potens ad agendum.

## §. XIII.

**V**unionis forma σύνθετος, vel conjunctionem substantiarum conservat, quæ etiam unionem mixtionis vel confusionis abrogat; dum unum constituentes, unionem veram, realem, propriam & substantialiem ab omni alia alienam presupponunt. Cujus terminus ενόποιος & differentia σύνθρομη καὶ αὐτὴν est adæquatus unionis substantialis conceptus, quo ultimò constituitur ab omni unione impropriadistinctus. Antequam divisionem aggredimur, in ejus effecti sc. communionis mentionem incidimus, cum tam arctus nexus inter eās sit, ut una sine altera consistere nequeat. negata vero unione substantiarū certo certius est nullā fieri propriū communicationem, & vice versa, negata hac, tollitur unio: Et quod arctior unio, è arctior conjunctione, neq; realis conjunctio sine praesentia admittitur, ratio ἵστωσες animæ & corporis separatione exspirat. B. Meisnerus in Phil. Sibr. p. 519. Calvinianos refutat, qui asslerere non dubitant ob unionem illam hoc vel illud membrum non semper ibi esse, ubi anima est; nam anima est in corde, ubi pes, vel manus non sunt. Sed distingvendum inter unionem totalem & partiale, adequatam & inadequatam, anima & corpus constituunt hominem, non anima & pes: ita λόγος cum carne integrum constituit Christum, ubicunq; λόγος est, ibi est caro, vid. plura loco citato & seqq.

## §. XIV.

**C**ommunio natus ordinatur est, qua propter intimam unionem propriam unius substantie, alteri essentialiter distinctæ, sed conjunctæ vere & realiter communicatur ad communem possessionem, usurpationem & denominationem, absque sui multiplicatione & transfusione. Duo

Duo attentione digna descriptionem hanc enucleandā suscep-  
tūris obveniunt. (a) Discrimen unionis & communionis  
haud inventu est difficile, et si requisitorum aliqualis conve-  
nientia sit, in unione plures res ad unum redactas, in commu-  
nione non unum, sed duo distincta, tamen non separata cernere  
licet. (b) Ratio etiam in aprico est doctrinæ nempe communio-  
nis κατὰ οὐρδίαστην ad æquam judicii lacent revocatæ, reliquis  
communicationis generibus omissis, cum omnes ingenii  
nervos contemplationi unionis substantialis propriè sic di-  
ctæ indagandæ intendamus, e qua tanquam fonte hæc im-  
mediate fluit. (γ) ὁμωνυμία etiam vocis unionis facile lar-  
gitur huic methodo veniam, quot modis fit unio, tot com-  
municatio, & quævis unio, talis semper communicatio.

## §. XV.

**E**xrema scil: inter quæ communicatio intercedit, duæ vide-  
licet (a) *Substantiæ* sunt distinctionem essentialē infe-  
rentes, quarum una rationem habet completi, altera incomple-  
ti ratione existentiæ. Quæ communicationem κατὰ μέντην  
seu intellectualem abnegat. (b) *Conjuncta* hac ratione a  
communicatione κατὰ φύσιν, seu respectiva differt, quæ est in-  
ter illa, quæ absque reali conjunctione invicem dicunt habi-  
tudinem. (γ) *Fundamentum* est intima extremorum unio,  
qua una alteram intime περιχορεῖ seu permeat, non absque  
singularum partium approximatione; si extrinseca tantum  
fuerit substantiæ unius ad alteram appositio, & καταστάλη  
conjunction, exigua valde sequeretur earum unio. (δ) Obje-  
ctum quod communicatur est proprium præsertim quarti mo-  
di, reliquorum modorum κοινωνία non excludens. Alia pro-  
indole & capacitate naturali magis, alia minus, omnia aliquo  
modo communia sunt. (ε) *Modus quo* propria communican-  
tur generatim loquendo. I. est *verus, realis & proprius*, com-  
municationi verbali & ejus speciebus oppositus. unum est  
par-

participabile vel communicabile, plura participantia, realiter  
 etiam distincta, ita ut unum sc: *primario* & per se possit  
 alteri participare *secundario* & per accidens, quoad possessio-  
 nem communem, vel quoad usurpationem simul. 2. *Absque*  
*sui multiplicatione*, sic contradistinguitur communicationi, quæ  
 est ~~uad à nōm in~~, quomodo pater communicat animam filio,  
 non eandem numero, sed specie, cum *formæ* non *educuntur*, nec  
*inducuntur*, sed *traducuntur*: Doctè more solito de his agit Sper-  
 lingius in variis suis tractatibus de forma, Id etiam aliis  
 verbis exprimit Kippingius: *formæ sunt propagabiles non per di-*  
*visionem, que corporum est, sed emanationem.* 3. *In gemino subjecta*,  
 certo modo non geminatur proprium; sed illud tamen obti-  
 netur, quod proprium uni per naturam, alteri per ~~naturam~~ in-  
 est: huic sententiae calculum suum addit Meisnerus p. 580. di-  
 cendo *unum numero accidens non posse in multis numero subjectis*  
~~coordinatus esse~~; potest tamen bene esse in duobus coordinatis;  
 ita tamen ut alteri infit ~~τρόπως~~, alteri ~~διέγεσε~~; hoc modo attributa  
 divina carni assumptæ competunt. 4. *Sine transfusione*, hic op-  
 ponitur ei, quæ sit ~~κατά μήτε βασι~~. Veritati non conforme est  
 proprium in hac communicatione deserere subjectum suum,  
 & excurrere ad aliud, cum semperinhæret subjecto ~~τρόπως~~ deni-  
 xit; neque tamen vera ~~μέταστοις~~ in deliciis à nobis habita  
~~μέταβασι~~ ~~κατά μήτε βασι~~ infert: quod enim unius subjecti est  
~~κατά δέλτον~~ & per se, id fit alterius ~~κατά τυρδάτην~~, per & propter  
 unionem. (ζ) *Finis communicationis est (a) propriorum possessio-*  
 illa vel communionis, qua totum subjectum possidet quicquid  
 alterius fuerit substantia, ut totius hominis est suus calor.  
*Totaque plenitudo divinitatis in Christo σωματιῶς habitat.* A-  
 lia propria, quā, alterutra substantia suo proprio gaudet,  
 ut ignis in corpore eqvino non potest non subtilitatem & le-  
 vitatem intra complexum suum habere. Proprietas hæc non  
 alterius ope indiget, ideoque ei in suo subjecto manenti nul-  
 la alia propria communicantur (β) *Usuratio est particularis;*  
 sed

sed possessio universalis, hæc alterius substantiæ propria comprehendit, illa vero tantum propria immediate 1. Receptibilitia, quæ ex se ~~in~~ <sup>per</sup> se sunt, recipit. Negamus ergo corpori quoad usurpationem spiritualitatem. 2. Neque ratione operatio-  
nis cum ferro ignito communicatur raritas ignis. 3. Nec rati-  
one finis, propter quem, duæ substantiæ isti sunt conjunctæ,  
corpori animæ communicatur invisibilitas: quia nihil con-  
fert ad earum mutua officia & operationes. (γ) Denomina-  
tio est conseqvens usurpationis, non vero possessionis, quâ una  
substantia denominatur ab alterius substantiæ sibi unitæ pro-  
prio, si non semper in casu recto & immediate, tamen in casu  
obliquo & mediato, ferrum enim ignitum non tantum est ca-  
lidum, calefacit, lucet; sed etiam in hoc unionis statu  
dicitur calidum, calefacere. Corpus vero non est spiritus in casu recto; sed obliquo habet spiritum sibi arctissimè  
unitum. Hæc funto de communicatione ~~xan~~ <sup>συνδιαστη</sup>, quam  
divisio unionis suscipit.

## §. XVI.

**U**nio est essentialis seu naturalis, & personalis. Unio essentialis est,  
quâ plura incompleta ad unam essentiam constituen-  
dam uniuntur, est hæc in genere animantium usu frequen-  
tissima, & mutuo ~~ένδεξεις~~ <sup>ένδεξις</sup> ~~και~~ <sup>καὶ</sup> duarum respectu u-  
num per se terminat. Extrema in hâc unione sunt duæ na-  
turæ incompletæ, quarum una alterâ perfectior, ut partes es-  
senciales, materia & forma in toto essentiali, partes vero inte-  
grantes in toto integrali, tantum analogicæ.

## §. XVII.

**P**ersonalis unio est, quâ due naturæ completa una, altera ratione sub-  
sistendi incompleta, ad unam personam constitutandam uniuntur  
in ~~τριάδων~~: videsis celeb. Prof. B. M. Thur. Metaph. p. 116.  
Supposititalitas est hac unione latior, dum ad accidentia etiam sele  
extendit, ut aurum & argentum in una massa: hæc à Doct.  
Chemnit. in loc. Theol. de Nat. Christi vocatur unio ~~καθ'~~

*Consequitur: ut quando in homine consideratur unio anima & corporis, non sicut ad constitutionem unius naturae conveniunt, sed ad constitutendum unum i. Phisicorum. Sit ergo unio hæc realis his duobus & non pluribus modis, dum ex pluribus completis unum per se resolutare non potest. Facta jam salaciâ æqvoris, vela sunt contrahenda, quo carina portum quietum contingat.*

## THEOREMA ULTIMUM.

### §. I.

**C**olophonis tamen gratia oppositi unitatis nempe multitudinis mentio facienda erit, quæ est rerum divisio, per quam entia multiplicata & per se divisa sunt.

*Quoad Homonymiam (a) sunt multa potentia, quæ respiciunt omne ens compositum, actu quidem indivisum, per unionem nihilominus partes continet, in quas resolvi potest, hac ratione multum non re, sed ratione ab uno differt. Vel (β) Multa actu, ejus respectu semper res actu separantur proprietatibus essentia libus & accidentalibus, & inferunt accidentalem divisionem aut multitudinem eorum, quæ præcisè non sunt essentia totius entis, ens non datur multum actu.*

### §. II.

*Quoad oppositionem, observamus hic multitudinem unitati non opponi, ut utrumque membrum verè denominet ens reale, & constituat affectionem disjunctam, ut volunt nonnulli, dum multitudo non est affectio entis, de quo egimus superius; sed unitas simpliciter reciprocatur cum ente. Nec Macovii opinio alicujus est momenti, qua asserit oppositionem relativam inter unum & multa esse, unum haberet se instar partis ad multum, ut totum; dum unum nihil habet commercit cum multis. Sed opponitur unitati (z) contradictione implicitè, si res multæ non spectant ad communem essentiam, eorum unum est quid positivum, alterum negativum, non tamen nudè & simpliciter, quia*

quia rō multum est quandoque non unum per accidens, eo ta-  
men referri potest, quatenus dicit non unum. Vid. Rudra, ff. p. 34.  
Vel (β) privative, sed non strictè, omne ens non recipit multi-  
tudinem, si res antea essentiam vel cōstituerunt vel constituerē  
debuerunt. Est enim multitudo hæc carentia, & negatio unionis,  
divisio dicta, diuisio & distractio, quæ est ratio formalis negationis.  
Neque valet illatio dicentium divisionem primò significare enti-  
tates divisas, & in se per terminos proprios terminatas; secun-  
dò saltem negationem: Sed inficiamur divisionem formaliter  
notare positivū. Omnis enim compertum habet terminationem  
per proprios terminos rationi formalī divisionis competere,  
Qvam per solam carentiam unionis & disjunctionem unius ab  
alio, & non per terminationem entitatum, quæ per accideps  
& materialiter accedit, mente asseqvitur. (γ) Qvod Materiales  
vero oppositio fit relatiuè & contrariè, illa quando multitudo reſpe-  
ctum habet ad unum, tanquam aliquam sui partem: hæc quando  
termini utrinq; duorum positivorū considerationem merentur.

## Π ΑΡΕΡΤΑ.

*Qvod non est unum, illud ne quidem est Ens.*

*Unitas rei per se, & qua est una secundum rem naturā, plures res, plus  
res naturæ.*

*Unionem veram, internam, essentialē & suppositalem seu personalem  
sequitur communicatio.*

*Unio realis non est absq; communicatione, & quo perfectior unio, eo per-  
fectiore postulat communicationem eorum, que communicari possunt.*

*Unitatis individuilitas nulla datur unio.*

*Unitas conservat res sed multitudo deſtruit.*

*Pectoris grates meritas rependam.*

*Nutini summo radiantis axis,*

*Sacra qvod Divæ reficit Minervæ,*

*Flamine dulci.*

Syphus en, tanto lapidem non volverat æstro  
 Ingentem, doctos lustrandi quanta libellos  
 Provida sedulitas tua, mi charissime Janes.  
 Pandite propterea Pimpleides pandite palmas,  
 Præmia pensare scandenti pulpita Pindi,  
 Dextræ ut defendat propriâ quas ritè Minervâ  
 Conscriptis chartas. Auro radiante coronâ  
 Tempora, tum fulvâ pariter præcincte mitrâ.  
 Gnavo pro studio viridem portabis honorem,  
 Siccine chare mihi ROGBERG Tibi premia larga  
 Una pro meritis det qui videt omnia Justus.

PETRUS JODES Smolandus.


 ουνη μὲν ἡ τῆς ἀρεῖης ἐστιν ἔχονται, ἵνα ὅστις ἀν εκένων  
 δύναται ἐφίκεθαι, ὃδεν κῆπους περινότερον ὃδε βεβαῖσθεν,  
 ὃδε χοντριάσθεν φέρεται. Αὐτὴν γὰρ μόνη συγγεράσκει,  
 ὅπου τὸ κάλλος μὲν ἡ χρόνος ἀναλίσκει, ἡ νόσος μα-  
 ράνει, τὸν δὲ πλάντον πλεῖστον ὁι κήδυσιοι μένεστι. Διό-  
 περ καὶ της ἀρέης ἡς Θησαυρὸν τὸν ἄριστον, ὁ λευκαινθεῖς καππὸ τηρ-  
 παιδείαν, πειδόθεν ἐδιάχει, καὶ γὰρ περὶ τὸν κράτιστον τὴν βίαν διαπί-  
 τριφας, τὸν οὐσούς Βηζηκας, καὶ μετὰ τῆς δόξης ἥδονας ἐθήρευεν. Διὰ  
 τοῦ Θεοῦ ὁ βελτιόνος δέδοκε αὐτῷ ἡδιστην την τὴν γῆρατος χολὴν, γη-  
 κάι τοι εὐχετει διηνεκέα ὁ παλαιος μαθητής,

ERICUS RUDOLPH Reg. Alumnus.


 Ons ubi Castalius placido torrente superbit,  
 Unde novem Musas sape bibisse ferunt;  
 Faustus aquam R O G B E R G potatas gutture dulcem,  
 Peccata quæ reficit, tristia corda levat,  
 Et mentis morbos toto de corpore pellit.  
 Ut secura salus ingenii, vigeat.  
 Fauxit Cœliopœus celsi moderator Olympi,  
 Quid vircat laudis semp̄t olyva ruz.

THEODORUS JUNIOR Reg. Stip.